

pellitur, de quo in cap. inter alia, de immunit. Ecclesiar. l. presentis, §. fin. C. de iis, q. ad Eccles. l. 3. tit. 1. p. 1. §. Sed hoc tempore, Inst. de iis, q. sui, vel alien. jur. sunt, Delbene dubit. 10. sect. 1. 3. per tot. Farinac. de immunit. cap. 4. n. 76. Suar. d. lib. 3. cap. 10. num. 2. Decian. lib. 6. cap. 26. n. 9. Germon. lib. 3. c. 16. n. 55. Guttier. practicar. lib. 1. c. 1. n. 3. 18. Bobadill. n. 70. Guazzin. cap. 3. n. 27. 28. & omnes communiter. Quod si servus crimen perpetret, publica coercitione dignum, tutus est in Ecclesia, nec domino debet restitui, ut notat Delbene ubi proximè, Paz n. 162. Greg. Lop. in l. 3. Glof. 1. tit. 1. p. 1.

Verf. Sed profectò.

153 Debitor onere aris alieni gravatus ad Sacrum asyllum convolvans, ejusdem gaudet immunitate; Suar. cap. 11. num. 3. Farinac. d. q. 28. n. 31. & de immunit. cap. 3. n. 67. Paz à n. 150. Laym. d. tract. 9. cap. 3. n. 3. Guazzin. cap. 37. n. 47. Azor. p. 2. lib. 9. c. 9. ques. 9. Decian. cap. 28. n. 34. Germon. m. 8. cum segg. Dian. p. 1. tract. 1. resol. 32. ad fin. Cur. Philipp. n. 42. Portell. sup. n. 14. Tusch. lit. E. conc. 1. 1. n. 3. Genuef. in prax. cap. 2. n. 1. 9. Delbene dubit. 11. sect. 1. & 2. Quorum plerique id verum putant, etsi statutum existat, ut debitor servire creditoribus teneatur; ut Delbene sect. 3. Decian. Diaz. Paz, & alii sup. Imò idem erit in debitore de fuga suspecto, Germon. sup. Delbene sect. 4. Farinac. d. cap. 1. n. 60. Suar. Dian. sup. Guazz. n. 53. & alii. Quod colligitur ex l. 3. tit. 11. p. 1.

Ibi: Etiam si debitor fugiens ad Ecclesiam.

154 Debitor etiam obnoxius tributis Regalibus, vel publicis, confugiens ad Ecclesiam, extrahi non potest; Suar. ubi proximè, Farinac. quest. 28. num. 31. & de Immunit. c. 3. n. 51. Dian. d. resol. 32. in fin. Ambrosin. sup. cap. 13. num. 2. Guazzin. cap. 38. n. 46. Bobadill. n. 70. Layman. ubi proximè, Paz n. 155. Gonni d. fallent. 27. Greg. Lop. in l. 2. Glof. 2. tit. 11. p. 1. Delbene sect. 5. qui num. 1. refert Gambacur. Curtel. & Pet. Greg. contra docentes, & vide eundem Delbene dubit. 24. sect. 19. n. 2.

155 Quæ omnia sunt limitanda, quando debitor occultat bona, ut creditores suos fraudet; nam extrahi debet, alioqui Ecclesia patrocinaretur delictis, fieretque spelunca latronum, ut rectè sentiunt Cur. Philipp. ubi proximè, latè Guttier. practicar. lib. 1. cap. 1. à numer. 13. Hic enim confugiens ad Ecclesiam nihil aliud intendit, nisi aliena usurpare, atque ita, abutitur loci sanctitate, cujus immunitas non suffragatur eis, qui, ut peccent, Sacra asyla petunt. Quapropter tradi poterit accepta de impunitate cautione, ut carceri mancipetur, quo compellatur occultata bona exhibere, ex quibus satisfiat creditoribus.

Verf. Nec Jafonis argumentum sufficiens est.

De hoc vide laudatos n. 153. quorum plures similiter Jafonis argumento respondent.

Ibi: Posset fortasse Jafonis.

156 Quæstionis est, utrùm mercatores, vel camplores decocti immunitate gaudeant Ecclesiastica, etiam si fraudulenter se gesserint, ex alieno opulenter, ac luxuriose viventes; Negant, Gambacur. de immunitat. lib. 4. cap. 15. Decian. dict. numer. 34. circa finem, Farinac. dict. quest. 28. num. 33. Bobadill. num. 68. 71. Rodrig. in summ. tom. 7. cap. 154. num. 1. Guazzin. cap. 47. & alii non pauci quos recenset Delbene sect. 6. num. 1. Pro quibus facit, quod Pius V. in quadam sua constitutione hos fallitos publicis latronibus æquiparat. Idem habetur in l. 2. & 6. tit. 19. lib. 5. Recopilat. & notar alios laudans Bobadill. n. 71. & d. l. fin. tit. 1. lib. 1. Recopil. ad rem conducit.

Contrarium verò etiam communiter sustinent Suarez dict. num. 3. Farinac. sententiam mutans de Immunitat. cap. 3. numer. 64. Navarr. in manual. cap. 25. n. 19.

Delbene dict. sect. 6. per tot. Ambrosin. num. 4. Gratian. disceptat. foren. cap. 380. num. 29. Navarr. in summ. Bullar. tit. de immunitat. Ecclesiar. num. 28. Dian. dict. resol. 32. Gitond. de privileg. interpret. cap. 23. num. 1035. Cherubin. in compend. Bullar. tom. 2. constitut. 117. Pii V. schol. 2. Correa supra. part. 3. q. 12. num. 12. Sanchez consil. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 2. dub. 8. num. 24. & alii apud Delbene num. 8.

Sed hæ opiniones facile conciliantur ex dictis supra, numer. 155. Aliud est enim dolum admisisse camplorem, aut mercatorem, recipiendo, & dissipando aliena, cum sciret, se futurum non esse solvendo; & aliud, bona, quæ decoctus habet, abscondere: hic latro publicus censetur, quare immunitate juvandus non est, dum creditoribus suis, cum possit, satisfacere renuit: Ille verò, id est, qui bona non occultat, etsi antecedenter aliena usurpaverit, cum ad Ecclesiam confugit, jam à delicto cessavit, solùmque intendit personam à vexationibus, & carcere liberare, nec latro publicus habetur: quæ distinctio planè probatur in l. 6. tit. 19. lib. 5. Recopilat. & traditur per Guttierrez, & Cur. Philipp. loc. citat. supra, num. 155. qui in specie loquuntur. Imò plerique ex illis, qui docent mercatores fallitos non esse immunitate tuendos, expressim loquuntur de eis, qui secum portant bona, aut alias eadem occultant; etsi alii, quibus D. Covarr. assentire videtur, absolute doceant, hos, qui non fortunæ casu, sed dolo, & luxuriosè vivendo ad decoctionem pervenerunt, extrahi ab Ecclesia posse.

Quomodocunque tamen sit, quoties aliquis ob as 159 alienum tradendus est Judici seculari, præcedere debet cautio de immunitate, non enim evellitur ad punitionem delicti, propter quam non extraheretur; sed ut carceris arumnis, aliisque legitimis mediis compellatur bona manifestare, ex quibus creditoribus satisfiat: sic caveatur in l. fin. tit. 2. lib. 1. Recopil. ubi de abscondentibus bona agitur, & verf. praxi receptum, ex decreto Supremi Consilii, testatur D. Covarr. erf. Proximo sequenti, nam ut rectè ait Delbene d. sect. 6. à n. 4. isti non sunt proprie publici latrones, ut quasi tales immunitate priventur, sed illis comparantur; quod non sufficit ad ampliandas penas in præjudicium hujusmodi privilegii Ecclesiarum.

Verf. Nec tamen me latet.

Videas proximè tradita.

Ibi: Idem ad Judices Ecclesiasticos.

Hoc decretum in nova legum compitatione, est l. fin. tit. 2. lib. 1.

Idem, quod de debitoribus, dicendum est de obligatis ad ratiocinia, ratione publicæ, vel privatæ administrationis; qui, si bona, & libros rationum exhibeant, extrahi ab Ecclesia non poterunt, de quo Farin. de Immunit. c. 3. n. 63. Delbene dubit. 11. sect. 6. num. 9. 10. & dubit. 24. sect. 19. n. 4. cum segg. Navarr. d. c. 25. n. 19. Dec. sup. c. 28. n. 26. Dian. part. 6. tr. 1. ref. 20. in fi. Paz n. 158. Cur. Philipp. n. 43. Quamquam eos immunitate juvari absolute dicant Curtell. ubi proximè, quest. 32. Gonni fallent. 37. num. 107. ubi alii. Sed priorem sustinendo, non refragatur cap. uxor. 17. q. 4. quod loquitur de servo, qui cum reddere rationes teneretur, ad Ecclesiam confugit, qui jubetur domino restitui, quemadmodum de jure, etiam seclusa obligatione reddendarum rationum, fieri debet, ut supra dicebamus: secus autem in homine libero dicendum est, nisi bona, vel libros subtrahat, ut adnotant Paz, & Cur. Philipp.

Ad Num. 15.

Est præmittendum, quod Dom. Covarruv. in pra- 161 senti, loquitur juxta jus antiquum, ante Bullam Gregor. X I V. quo tempore ex capit. fin. de immunitat. Ecclesiar. communis resolutio erat, quod licet in dicto textu solùm mentio fiat de homicidio, & membrorum mutilatione

tionem in Ecclesia facta, ut propter ea reus extrahi posset; tamen ex generalitate verborum colligebatur, ea delicta, in exemplum, expressa fuisse, non ut cætera excluderentur, atque ita omne crimen saltem grave in loco sacro perpetratum, delinquentem immunitate reddebat indignum, ut docent Suar. d. cap. 1. n. 6. Gonni fallent. 3. n. 5. fol. 97. ubi alii Clar. d. q. 30. n. 15. Pet. Gregor. synagmat. jur. lib. 3. c. 2. n. 6. Navarr. supra. n. 20. Paz. n. 73. cum segg. Deci. sup. n. 5. Azeved. in l. 3. n. 24. tit. 2. lib. 1. Recopil. Gregor. Lop. in l. 4. glof. 5. tit. 11. part. 1. Reginal. in prax. tom. 1. lib. 9. cap. 26. n. 38. Guttier. lib. 3. practicar. q. 1. num. 17. Sarp. c. 5. fol. 43. Portel. sup. n. 15. Villadieg. d. c. 3. num. 206. Curt. lit. 1. q. 1. Zipæus in jur. novo Canon. lib. 3. de immunit. Ecclesiar. 10. Cur. Philipp. n. 20. Bobad. n. 32. Ant. Gom. lib. 3. c. 10. n. 2. verf. Tertius casus.

162 At neoterici, maxime Theologi qui post præfatam Bullam scripsere, existimant, hodie solùm extrahi posse ab Ecclesia, qui hominem occiderint, aut membro aliquo mutilaverint; quoniam in ea constitutione horum delictorum mentio tantum fit, in qua Pontifex usus est taxativa, Tantum; per quam omnes casus alios exclusit, sic corrigens, vel declarans d. c. ultim. quod secundum communem intellectum, omnia crimina similia, vel graviora expressis comprehendebat, & quod dicta constitutio, tam consuetudines adversus Ecclesiasticam immunitatem, quam jus commune quatenus ibi statutis contrarium est, abroget, ex pluribus probat Dian. part. 1. tractat. 1. resol. 1. ubi & adversariorum non obliviscitur. Ita docent idem Diana supra, resolut. 2. Farinac. de Immunitat. sententiam retractans, c. 16. n. 208. Delbene dubit. 19. sect. 1. à n. 9. Gratian. disceptat. c. 380. num. 29. Bonacin. dict. punct. 16. §. 7. n. 11. verficul. Sed mihi: Boër. decis. 109. n. 3. Peregrin. supra. c. 6. n. 23. & c. 12. num. 15. Genuef. in prax. c. 22. n. 8. Megal. in 3. part. lib. 4. c. 2. q. 1. num. 5. Scortia d. Theoremata. 385. Guazzin. supra. c. 38. n. 11. Atque ita fuisse declaratum per Sacram Congregationem immunitatis, die 18. Martii anno 1631. testis est oculus Barbofa in collectan. Bullar. verb. immunitas, de eo, qui in Ecclesia furtum admisit. Quam sententiam magis congruere menti Pontificis in præfata Bulla verosimilius est. Prior tamen (quam post eandem constitutionem probant ultra Bobadill. Zipæ. supra, Gambacur. de Immunitat. lib. 2. c. 18. Tanner. in 2. disputat. 5. q. 8. dub. 1. num. 16.) usu magis recepta est, saltem apud nos; nam in Ecclesia delinquentes ab ipsa extrahuntur reguliter: nec mirum est, cum in Hispania Bullam Gregorianam usu receptam non esse constet.

163 Hinc est, ut licet adulter immunitate gaudeat, ut alibi dictum est, si in Ecclesia tale crimen perpetratum, reus ad punitionem à locis sacris evellitur, Paz num. 85. ubi alii, Cur. Philipp. num. 19. qui idem dicunt de raptore virginem, vel extrahente à Monasterio Monialem, cum in loco sacro delinquat.

Verf. Vicefimosecundò.

164 Quæstionis est, utrùm delinquens in Ecclesia, non ex proposito, nec animo obtinendi immunitatem; sed subito orta rixa, vel oblata occasione, sit ab ipsa evellendus; Negant Azor. in sum. moral. part. 2. lib. 9. c. 9. q. 9. Guttier. d. lib. 3. pract. q. 1. num. 8. cum segg. Tusch. lit. E. conclusio. 11. num. 13. 14. Farinac. de immunitat. c. 16. n. 138. Dian. part. 1. tractat. 11. resol. 1. Azeved. ubi proximè, Navarr. supra, n. 8. Sesse decisio. 141. num. 8. Zambell. in repertor. moral. verb. Ecclesia quoad ejus immunitat. n. 13. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 10. n. 10. Sperell. decis. 59. n. 36. Mar. Italia de Immunitat. lib. 6. c. 5. §. 3. n. 1. Guaz. c. 38. n. 14. in fin. Cur. Philipp. n. 20. Greg. Lop. in l. 4. glof. 6. tit. 11. part. 1. & ita Romæ fuisse decisum anno 1539. circa homicidium in Ecclesia Sancti Joannis Lateranensis casu patratum, refert Dian. part. 6. tractat. 1. resol. 7. verficul. Sed quid dicendum: quod etiam comprobatur ex l. 3. tit. 2. lib. 1. Recopilat. l. 4. tit. 11. part. 1. ibi: Enfiuziando se de ampararse en ella. Ac de jure verius videtur, attenta decisione c. fin. de

immunitat. Ecclesiar. ex qua colligitur, præcipuam, finalinque rationem ejus fuisse, ne delinquendi occasionem homines arriperent ex securitate immunitatis Ecclesiar, si in ipsa delinquerent; cætera verò rationes ad comprobationem adducuntur, atque ita, deficiente causa finali, cessare debet dispositio, ut dixi lib. 1. c. 20. n. 41. Sic Guttier. n. 12. & alii.

165 Nihilominus affirmant cum Dom. Covarruv. eos immunitate indignos esse, qui Ecclesia, cæmeteriove deliquerint quomodolibet, etiam ex tempore, & non præmeditato consilio, Suarez d. c. 11. n. 6. in fin. Navarr. sup. d. c. 25. n. 20. Delbene dubit. 19. sect. 4. ubi probat Bobadill. n. 26. Farinac. sibi contrarius q. 28. n. 54. Peregrin. c. 6. n. 5. Clar. d. q. 30. n. 15. Layman. d. c. 3. n. 6. Paz. n. 78. Gambacur. lib. 5. c. 23. Decian. ubi proximè, column. 2. Lezan. verb. immunitas, n. 11. Barbof. de jur. univers. Ecclesiar. lib. 2. c. 3. nu. 104. Bonacin. §. 7. n. 1. verfic. Amplia tertio. Anastaf. Germon. supra, lib. 3. c. 26. n. 79. Curtell. q. 11. Pellizzar. n. 12. Quæ opinio præter probabilitatem, quam habet, ut constat ex adductis per Delbene supra, est usu comprobata, ut testantur ibidem Delbene, Clar. Paz. Suar. & alii.

166 Illud obmittendum non est, quòd si prior opinio esset practica, ipsi homicidæ incumbit onus probandi incontinenti, homicidium fuisse subito perpetratum, vel aliud quodlibet delictum; quoniam præsumptio est contra ipsum, quod ex proposito, & spe immunitatis deliquerit, ut observant Delbene, & Farinac. d. c. 16. n. 241. Guttierrez, Bobadill. Azor. Azeved. & alii, ubi proximè: facit l. 1. tit. 25. lib. 8. Recop.

Verf. Vicefimotertio.

167 Qui in Ecclesia perpetrat crimen, propter quod indignus immunitate judicatur, nedùm in ipsa, quam immediate offendit, sed nec in ulla alia tutus erit; Germon. n. 80. Delbene d. dubit. 19. sect. 1. n. 25. Decian. n. 8. Sanchez consil. mor. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 7. n. 16. Farinac. d. q. 28. n. 59. & d. c. 16. n. 219. Azor. ubi proximè, Clar. d. n. 15. verf. Sed quid si aliquis, Ambrosin. c. 5. n. 3. Scort. supra, Guazzin. n. 17. Bonacin. verfic. Amplia primò, Tusch. n. 11. Filliuc. tract. 15. c. 6. quest. 8. n. 152. Paz n. 79. Ratio est, quoniam Ecclesia, cui privilegium concessum est, & injuria fit, unica est per totum orbem terrarum diffusa, ut Decian. Bonacin. & alii ferè omnes advertunt, & habetur in c. loquuntur 18. 24. questio. 1.

Verf. Vicefimoguartò.

168 Quoties quis in Ecclesia deliquit, si nondum punitus fuerit, poterit extrahi ab eadem pro quocunque crimine, etiam si propter illud immunitate privari non deberet. Ratio est, quoniam frustra auxilium Ecclesie implorat quomodolibet, qui in ipsam deliquit, Ambrosin. c. 5. n. 10. Tusch. sup. Peregrin. de immunitat. c. 6. nu. 20. Sarp. d. c. 5. fol. 160. Clar. ubi proximè. Sed contrarium est verius, ac tenendum cum D. Covarruv. in presenti: scilicet quod committens delictum exceptum, quia in Ecclesia patratum, vel alias, non potest evelli ab illa pro aliis criminibus non exceptis: quòd si Judex competens procedat adversus reum pro delicto excepto, rectè extraher delinquentem, ac puniet pro non excepto; quia cum extractio sit licita, eum, quem extra Ecclesiam invenit, jure pleclit pro quolibet excessu: Ita Decian. d. c. 28. n. 9. Delbene dubit. 19. sect. 10. n. 12. & dubit. 24. sect. 22. per tot. Guazzin. num. 16. Dian. part. 6. tractat. 1. resol. 26. verfic. ultim. Farinac. d. quest. 28. n. 67. in fin. & de Immunitat. dict. cap. 16. n. 222. Castro Palao tom. 2. tract. 11. disputat. unio. punct. 10. n. 12. Guttier. d. q. 1. num. 18. Joan. Vilchis tract. de immunitat. Ecclesiar. n. 64. Gonni eod. tract. fallent. 11. num. 2. fol. 96. Bonacin. sup. num. 9. Rationem hic reddit, quoniam verba sunt formaliter accipienda, & sic pro ipso delicto in Ecclesia commisso extrahi posse; non pro aliis: & hæc vera sunt, tam de delinquente in Ecclesia, quam aliis ibi delictum exceptum admittente; de quo Delbene dict. sect. 22.

Verf. Vicesimoquinto.

169 Delictum leve in Ecclesia commissum non privat immunitate delinquentem, quod planè deducitur ex d.c. fin. de immunitat. Eccles. necnon ex Bulla Gregoriana, ubi excipitur homicida, vel membrorum mutilator, quæ licet exprimantur in exemplum, & non taxative, ut voluit laudati supra, n. 161. tamen ut alia delicta censeantur excepta, debent esse graviora, aut saltem expressis similia, secundum notata per DD. in cap. qui ad agendum 4. §. 1. de procurator. in 6. & per me lib. 1. c. 6. n. 21. quapropter mutilatione levius crimen in Ecclesia commissum non efficit, ut delinquens extrahi possit, ut observat Bobadill. n. 33. ultra quem ita docuere Dec. d. num. 9. in fin. Chartar. criminal. dec. 74. n. 6. Dian. part. 6. tr. 1. resol. 7. v. scilicet. Neque obstant rationes, Farinac. d. q. 28. n. 63. Villalob. in summa. to. 2. in act. 39. difficult. 5. n. 6. Guazz. d. c. 3. n. 2. in fin. Suar. ubi supra, Paz n. 81. Peregr. c. 6. n. 29. Cur. Philipp. nu. 20. Fagundes supra, part. 2. lib. 4. c. 4. n. 48. Gonni fallent. 3. in fin. fol. 97. Sanch. consilior. moral. d. c. 1. dub. 8. n. 15. Delbene dub. 19. sect. 1. n. 17. 18. Quæ sint gravia, vel levia crimina, Judicis arbitrio relinquuntur, Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 266. n. 2.

370 Hinc dubitatur, an immunitate privetur, qui absque alicujus membri mutilatione vulnerat in Ecclesia cum abundantia sanguinis effusione, ex quo mors non sequatur: Affirmat Tusch. lit. E. concl. 59. Mar. Italia lib. 1. c. 5. §. 3. n. 18. Oppositum tenent Bonac. d. §. 7. n. 7. Dian. part. 6. tr. 1. resol. 7. v. scilicet. Unde ex his sequitur, Farinac. d. c. 16. nu. 227. 249. Castr. Palao d. disp. unic. punct. 6. num. 10. Chartar. supra, Delbene d. dub. 19. sect. 2. à princip. Boer. decis. 109. num. 3. & alii, quæ opinio comprobata est per Sacram Congregationem Episcoporum, die 16. Novemb. 1618. quæ declaravit, eum immunitate gaudere, qui in Ecclesia alterum in facie vulneravit, ut testatur Barbof. de jur. univers. Eccles. lib. 2. c. 3. n. 13. & planè procedit secundum eos, quibus placet, solum propter homicidium, & mutilationem in Ecclesia delinquentem carere immunitate, qui recensentur sup. n. 162. At qui contra opinantur relati sup. n. 161. 162. in fin. cum omnia gravia delicta in loco sacro commissæ, excepta sentiant, consequenter de vulnerè æstimabunt, si Judicis arbitrio grave delictum judicetur ex circumstantiis, veluti ex animo percutientis, si occidere voluerit; ex persona vulnerati ac ex vulneris qualitate.

Verf. Vicesimosexto.

371 Qui ex proposito juxta Ecclesiam delinquit, spe ad ipsam confugiendi, immunitate minimè defenditur, Sanchez d. c. 1. dub. 8. n. 20. Farinac. q. 28. n. 57. & d. c. 16. n. 210. Marth. de jur. d. c. 1. n. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 10. n. 12. Gambacurt. lib. 5. c. 19. Villadieg. sup. n. 206. Ambros. c. 5. n. 4. Barbof. sup. n. 109. Gonni fallent. 2. §. fol. 103. Curtell. lib. 1. q. 2. Tusch. supra, concl. 11. n. 4. in fin. Azeved. in d. l. 3. n. 26. Guttier. d. q. 1. n. 15. Guaz. c. 38. nu. 19. in fin. Bobadill. n. 7. Paz n. 94. cum seqq. Greg. Lop. in l. 4. glof. 5. tit. 11. part. 1. Cur. Philipp. n. 21. Quæ sententia magis communiter est recepta, & approbata per Clementem Octavum in una Panormitana, apud Farinac. d. q. 28. n. 56. Barbof. d. c. 3. n. 109. qua declaravit, delinquentem immunitate privandum, qui sub spe ejus deliquit.

372 Sed utrùm qui prope Ecclesiam delictum perpetravit, præsumatur in dubio spe ad ipsam confugiendi deliquisse: Negat Guaz. sup. v. scilicet. Et regula est, Ulpell. concl. 130. n. 18. Bajard. ad Clarum d. q. 30. n. 21. Affirmat, Farin. d. c. 16. n. 214. ubi alii; Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 33. n. 3. Guttier. n. 10. Paz n. 94. Menoch. sup. n. 15. Quod saltem verum est, quando crimen ex proposito fuit commissum in loco Ecclesie vicino, ut observant Menoch. n. 16. Guaz. ibid. Cur. Philip. supra, Bajard. nu. 20. Henric. Boic. in c. Ecclesia, de immunitat. Eccles. Dec. d. c. 28. nu. 15. Bobad. num. 31. ubi alii. Quando autem censeatur homicidium deliberato animo commissum? ab arbitrio Judicis pendet, ac ex variis conjecturis dignoscitur, quas recenset Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 361. per tot. Illud compertum est, ut notat Guttier. ex aliis, quod homicidæ incumbit probare, se non animo gaudendi immunitate jux-

ta Ecclesiam deliquisse, quoniam contra se præsumptionem habet; sufficit autem, si probetur, reus orta ex tempore rixa occidisse, ut immunitate tueatur; quoniam si eliditur præsumptio, quod spe immunitatis obtinendæ deliquerit, Menoch. d. præf. 10. n. 11.

Non desunt tamen; imò sunt plures, qui contra præmissam communem sententiam asseverant, delinquentem prope Ecclesiam, adhuc ex proposito, & spe confugiendi ad ipsam, non esse immunitate destitutum; moventur, quia tam in c. fin. de immunitat. Ecclesiarum, quam in Bulla Gregoriana, dumtaxat excipitur, qui in Ecclesia, vel cœmeterio deliquerit; atque ita non intelligitur exceptus prope Ecclesiam quomodolibet crimen non exceptum perpetrans, nec extensio in præjudicium Ecclesie de loco ad locum admitti debet; arguere. c. odia, de reg. jur. in 6. Ita Delbene d. dub. 19. sect. 4. ubi late, Dec. d. c. 28. n. 5. qui in fin. limitat, si infidiosè quis ut occidat, ducat hominem ad locum Ecclesie proximum, Navarr. d. c. 25. n. 22. Layman. lib. 5. tr. 9. c. 3. v. 7. Fagundes de præcep. Eccles. tract. 2. lib. 4. c. 8. n. 45. Peregr. de immunit. c. 6. n. 60. Dian. part. 1. tr. 1. resol. 3. Ricc. part. 3. decis. 250. per tot. Navarr. supra, nu. 6. Filiuc. tract. 15. c. 6. n. 13. Mar. Italia lib. 1. c. 4. §. 7. num. 16. Sperell. decis. 60. & 61. Ciarlun. in contr. forens. c. 10. n. 95. Marant. in contr. vov. jur. part. 2. respons. 45. num. 10. cum seqq. Trullench. in Decalog. tom. 1. c. 11. dub. 3. n. 13. Suar. c. 11. n. 9. Bonac. sup. n. 12. Pellizar. n. 15.

Quod eadem ratione pro aliquos ampliatur ad delinquentes in porticu, ostio, sacristia, campanili, scalis, atrii, vel tecto Ecclesie; nam etsi hæc loca veniant appellatione Ecclesie, ut ad ea confugiens immunitate gaudeant, sicut dictum est supra; aliter in re, de qua agimus, dicendum est. Discriminis ratio patet, quoniam ibi agitur de favore Ecclesie immunitatis, hic verò de odio, & pœna; quare in uno casu significatio verbi ampliatur, quæ in altero restringitur, juxta d. regulam jur. c. odia. Sic Delbene de sect. 6. n. 1. Sperell. d. decis. 60. & 63. Marant. sup. respons. 36. per tot. Ant. de Marinis variar. resol. c. 170. n. 12. Barbof. d. c. 3. à n. 64. Dian. part. 6. tr. 1. resol. 7. v. scilicet. Oritur etiam, cum seqq. ubi ampliatur quòd idem sit de delinquente in palatio Episcopi, Monasteriis Religiosorum, & aliis locis, quæ quoad immunitatem Ecclesie appellatione continentur. Ad quod facit, quia statutum puniens vulnerantem in Ecclesia, non comprehendit prope ipsam percutientem, Gonni d. fallent. 2. §. in fin. Marc. Mantua cons. 211. in fin. Joan. Andr. in addit. ad Speculator. tit. de immunit. Eccles. in fin.

Quoad præcipuam quæstionem, licet jure defendi possit, & admodum probabilis sit sententia posterior; tamen prior tenenda est, ut potè quæ usu, Pontificis declaratione, ac frequentiori Interpretum consensu roboratur.

Quoad ampliationem verò supposito, quod deliquerit aliquis in scalis, vel alio simili loco spe gaudendi immunitate, consequenter juxta magis communem opinionem, quam mox probavimus; dicendum erit, reum extrahi posse, cum prope Ecclesiam facinus perpetravit. At quando absque illa spe in prædictis locis delinquitur, similiter respondendum existimo, admissa opinione, de qua sup. n. 165. Ratio est, quoniam omnia loca, quæ in honorem Ecclesie immunitate gaudent, & comprehensam censentur in d. c. fin. & in Bulla Gregoriana, eò quod Cœmeterium excipitur, quod licet extra Ecclesiam sit, nihilominus in eo delinquentes immunitate privantur, quia ad illud confugiens, securitatem consequuntur. Igitur idem sentiendum est de atrii, porticu, vel ostio Ecclesie, cum nulla differentia ratio possit considerari. Neque necesse fuit, omnia loca, quæ immunitatis privilegio pollent, in eis constitutionibus exprimere; satis enim est, unum extra Ecclesiam, Cœmeterium scilicet exempli gratia commemorare: qui intellectus non est extensio legis odiosæ contra Ecclesie immunitatem, sed comprehensio ex identitate omnimoda rationis, quæ in quacunque materia etiam strictissima debet admitti, suadente Legislatoris intentione; ut probavimus sup. hoc lib. cap. 5. n. 43. maxime cum hic versetur favor Ecclesie, cui injuria fit delinquendo in locis Templo proximis, quæ etiam Religiosa censentur, l. qua Religiosos 44. ff. de rei vendic.

Hic

176 Hic etiam quæri potest de extrahente aliquem per vim ab Ecclesia, eumque extra illam interficente? & hunc immunitate gaudere, sentiunt Dian. sup. v. scilicet. His tamen non obstantibus, Bonacin. supra, num. 4. Castr. Palao d. disp. unic. punct. 9. n. 8. Delbene dubitar. 19. sect. 9. ubi de extrahente per dolum. Fundamentum est, quia in Ecclesia non occidit, qui casus exceptus est non quòd evellitur ab Ecclesia, ut occidatur extra, & extensio admitti non potest. Merito tamen contrarium receptius est, quoniam hic extrahens delictum in Ecclesia perpetrat violentiæ, vel doli, propter quod immunitate est privandus, Sanch. d. c. 1. dub. 8. n. 21. Gonni sup. fallent. 9. Imò homicidium ipsum videtur in Ecclesia paratum, cum ibi inceptum fuerit, ut observat Gonni, ex quibus sic docent Farinac. d. c. 16. n. 239. Barbof. sup. n. 114. Azor. d. c. 9. q. 14. Scortia in Bull. Pontific. epist. 152. theorema. 382. Peregrin. c. 6. n. 16. Cur. Philip. part. 3. §. 12. n. 24. Navar. n. 21. Paz n. 101. Sanchez supra, qui fatetur propter extractionem violentam non gaudere immunitate, quia in Ecclesia commissum est delictum: secus propter homicidium, atque ita in re nobis consentit, cum evulsus propter violentiam possit ut homicida plecti, ex dictis num. 168.

Ibi: Hinc scribit eleganter.

177 Committens peccatum reservatum quod aliàs non esset perpetraturus, spe consequendi absolutionem virtute Jubilæi, vel Apostolicarum literarum, absolvi ex eis non potest. Ita cum D. Covar. tenent Menoch. d. præsumpt. 10. n. 6. 7. Bobadil. n. 28. Corduba in tract. de Indulg. q. 34. præf. 3. Germon. d. c. 16. n. 82. Paz n. 95. & alij. A quibus recedunt Delbene sup. sect. 6. n. 3. Bonacin. n. 12.

Verf. Vicesimosextimo.

178 Si quis ex loco profano sagitta, jaculo, vel pila tormentaria existentem in Ecclesia occidat, aut mutilet, immunitate privatur; sic cum Dom. Covarruv. asserunt Gonni fallent. 6. fol. 98. Suarez d. c. 11. n. 7. Navarr. ubi proxime, Sanchez supra, Farinac. d. q. 28. n. 61. & de Immunitat. c. 16. n. 224. Bonacin. n. 2. Mar. Italia lib. 1. c. 5. §. 3. n. 47. Delbene sect. 7. Decian. n. 6. in fin. Ambrosin. c. 5. n. 9. Bobadill. n. 30. Layman. d. c. 3. n. 6. Ricc. part. 5. collectan. 1792. Dian. part. 1. tract. 1. resol. 9. in fin. Paz n. 99. Scortia theorema. 385. Guazzin. n. 21. Peregrin. c. 13. n. 16. Cur. Philipp. n. 23. Portell. d. verb. Ecclesia immunitas, n. 15. Quidquid sentiant Henriquez in sum. lib. 4. c. 17. n. 4. in fin. Villagut. de extensio. leg. c. fin. n. 50. & alij apud Farinac. Quod limitat, seu declarat Delbene num. 3. ut non procedat, cum quis moritur in Ecclesia ex vulnere extra accepto, quoniam homicida non fuit causa mortis in Ecclesia, ut in casu proposito, Bonacin. numer. 5. Pellizzar. numer. 14.

179 Et contra si quis existens in Ecclesia eodem modo perimat, qui extra illam est, immunitate non defenditur, Suarez, Decian. Navarr. Mar. Italia, Farinac. Portell. Sanchez ubi proxime, Azor. d. lib. 9. c. 9. q. 14. Gonni fallent. 4. Guttierrez d. lib. 3. quæst. 1. num. 19. Marth. de jurisdict. part. 2. cap. 51. nu. 26. Duard. in Bull. Cœn. lib. 2. canon. 15. quæst. 16. num. 23. Gambacurt. lib. 5. cap. 14. num. 21. Villadieg. in politic. cap. 3. num. 206. Sarp. de jur. Asylor. cap. 4. fol. 44. Curtell. lib. 1. quæst. 9. Pellizzar. supra, num. 13. & alij nuper allegati. Quæ sententia tenenda est, quoniam in alium sagittam, vel quid simile ad occidendum immitens in Ecclesia, grave facinus admittit, adhuc effectu non considerato, ut constat ex l. 14. tit. 23. lib. 8. Recopilat. ubi cavetur, ut, etiam nullo damno dato, pœna capitis teneatur, qui pilam tormentariam, sagittam, vel quid simile in aliquem injecerit: quapropter immunitate dignus non est sic in Ecclesia delinquens, cum crimen grave sit, & atrox, juxta doctrinam, de qua supra, num. 161. cum seqq. Sed si attendatur homicidium subsecutum, etiam secundum oppositam opinionem traditam n. 162. idem dici debet; nam actus occidendi habuit initium in Ecclesia per immisionem sagittæ, & unica actio totum

illud ad homicidium tendens reputatur, verèque potest dici, homicidam in loco, quod pilam misit, enecasse.

180 Quibus non obstantibus, reum esse tuendum, sustinent Delbene sect. 5. Ricc. d. c. collectan. 1792. Novar. sup. num. 51. Dian. ubi proxime, Peregrin. sup. Bonacin. numer. 3. apud quos fundamenta reperiuntur, maxime apud Delbene.

181 Quod si quis mandet, quemquam in Ecclesia occidi, vel mutilari, aliudvè grave crimen admitti, effectu sequuto, immunitate non gaudebit, etsi extra Ecclesiam dederit mandatum; Suarez sup. num. 7. Farinac. d. cap. 16. num. 230. Sanch. Marth. supra, Curtell. quæst. 10. Mar. Italia num. 48. cum seqq. Peregrin. cap. 6. num. 36. Barbof. d. cap. 3. num. 116. Sarp. ubi proxime, Gambacurt. cap. 25. Duard. supra, Paz num. 100. Gonni fallent. 7. ubi ampliat ad mandantem, ut ex loco profano sagitta, vel arcabuzio existens in Ecclesia alicquem occidat; Decian. num. 7. & ita verum est, quod limitant Paz, Sanchez, & Navarr. d. n. 21. quoad delictum mandati, non quo ad homicidium, cui causam præstitit.

182 Sed adversus nuper laudatos præfatum mandantem ab Ecclesia defendendum tenent Delbene, sect. 8. Palao d. disput. unic. punct. 4. ex n. 17. Dian. part. 1. tract. 1. resol. Bonacin. d. c. 7. n. 10.

183 Similiter non gaudet immunitate, qui in Ecclesia mandat, ut aliquis extra Ecclesiam perimatur, aut mutiletur, aliudvè facinus perpetretur, secundum Sanchez, Suarez, Azor. Barbof. Layman. Sarp. ubi proxime. Navarr. d. c. num. 21. Paz num. 98. Guttierrez d. lib. 3. quæst. 2. per tot. Guazzin. d. c. defension. 1. cap. 38. num. 11. fallent. 5. qui Paz, Navarr. Sanch. sentiunt hoc procedere quo ad delictum mandati, quod in Ecclesia verè fuit paratum, secus quoad homicidium, quod jure potest defendi. Vide Guazzin. cap. 37. n. 59.

184 Alij verò nempe Delbene, Diana, Bonac. ubi proxime, Dec. c. 7. n. 230. Ambrosin. n. 6. & nonnulli, quos refert Delbene n. 4. opinantur, illum non esse immunitate destitutum; & quidem ita verum est, si concederetur, solum mutilationem, vel homicidium in Ecclesia factum immunitate delinquentem privare; sed cum hoc certum non sit, prior opinio amplectenda est, cum grave delictum in loco sacro committatur.

185 Etiam ab Ecclesia evellendus erit, qui cum propter crimen existens sub ipsius tutela, exit ad aliud seculum committendum, Joann. Sanchez selectar. disp. 44. num. 51. Curt. Philipp. n. 22. Thom. Sanch. d. dub. 8. num. 18. Sed contrarium placet Dian. part. 1. tractat. 1. resol. 39. Bobadill. nu. 29. Azeved. in l. 3. n. 28. tit. 2. lib. 1. Recopilat. Guttier. d. lib. 3. q. 1. n. 34. ubi limitat n. 35.

Verf. Vicesimo octavo.

186 Quæstionis hujus indagatio apud nos supervacanea est, nam ut alibi diximus, fures simplices, etiam ab Ecclesia extrahuntur de consuetudine, sed stando in terminis juris communis, est omnino tenendum cum D. Covarruv. quod fur gaudeat immunitate quoad personam, quanquam cum re furtiva ad Ecclesiam confugiat, ipsa tamen res abduci, ac domino tradi potest; alioqui Ecclesia foveret delictum; quod etsi de novo non fiat, continuatur, dum alienum detinetur, domino invito; Suarez d. cap. 11. num. 8. ubi limitat, si fur vellet rem in Ecclesia occultare; quia ob delictum hoc occultationis in loco sacro, immunitate non juvabitur, Delbene dub. 24. sect. 8. nu. 5. ubi de furante rem sacram, eamque secum ad Ecclesiam deferente, & alios refert Guazzin. supra, cap. 37. num. 58. Decian. d. cap. 2. num. 4. Paz n. 93. Farinac. d. c. 16. nu. 218. Tusch. lit. E. concl. 21. n. 16. 17. Bonacin. d. punct. 16. §. 5. num. 7. v. scilicet. Amplia secundo. Thom. Sanchez supra, num. 14. Guttierrez practicar. lib. 1. quæst. 1. num. 21. Anton. à Gamma decis. 171. num. 1. Azeved. in d. lib. 3. num. 3. Dian. part. 6. tract. 1. resol. 9. v. scilicet. Verum pro coronide, qui ait, novam contraactionem rei furtivæ in Ecclesia factam, etsi novum & distinctum

Ff 3